Capitulum tertium

De labore et oratõne ſacerdotum.

¶ Capitulum tertium.

Apoſtolus paulus ſic ait. Qui nõ vult operari nõ manducet et tũc digne mercedem accipimus. ſi prius boni operarij fuerimus. q̃ ſi non laboramus et manducam⁹ tanto maioris criminis rei erimus quanto benefitia dei indigne ſumimus. Oportꝫ ergo vt ſeruiamus ei a quo paſcimur. Si ſine periculo anime ſumere volumus hec que nobis diſtribuũt. Et tanto ſollíciti eſſe debemus in bono opere et ſeruitio dei quãto ea percipimus ſine magno labore. Nã quid mirũ. ſi qui temporalibus negotijs occupant. minus ſtudioſe viuunt. ſi frequẽter cogitationibus. locutionibus atq; actibus ſuis deum offendunt. Ex quo vſus ſeculi hominem quandoq; inuitũ ad peccãdum trahit. Hij vero quibus cura mũdi ⁊ peccandi occaſio deeſt. quanto minus religioſe viuũt. tanto grauius iudicem ſupernũ offendunt. Unde. Pſalmi. In labore hominũ non ſtꝫ. et cũ hominibus nõ flagellabunt. idõ tenuit eos ſupbia. ¶ Bern. ait In labore hominũ nõ ſunt vani et otioſi ſacerdotes. Cũ eñi cuncti ſtatus hominũ aliquid laboris habeant et aliquid voluptatis. Clerici quidem inter hec nouo quodã artifitio diſcernentes. totum qđ delectat in quolibet ſtatu elegerũt. et totum quod moleſtat reſpuũt. Et ideo q2 in labore hominũ non ſtꝫ et cũ hominibus nõ flagellabunt. et ideo cum demonibus torquebunt. Nam ſacerdotes nõ ſolum ex caritate fraterna ſed ex precepto et iuſtitia ꝓ alijs orare tenent. vt habetur in. c. Quia ſacerdotes. x. q. i. Ubi dicit. Sacerdotes pro omnibus orare debent. q2 elemoſinas et oblationes recipiũt. ſtꝫ etiam ſup populũ dei ɔſtituti. et vite diſpendia eis dantur. vt in ieiunio et fletu et planctu. ſicut olim plorabant ſacerdotes et leuite peccata populi que cõmedunt deplorent. Johe. i. Et vt morte bonorum paſtoꝝ vigilias noctis ſup gregem ſuum cuſtodiant et in orationibus vigilent. Et quanto ſacerdotes digniores ſunt. tanto facilius in neceſſitatibus ꝓ quibus clamant exaudiunt. i. q. i. Ipſi ſacerdotes. ¶ Item non ſolum ſacerdos. ſed et omnes clerici maxime benefitiati ex precepto eccleſie et ratione iuſtitie tenent ad horas. Unde etiã clericus benefitiatus. et etiã

in minoribus ordinibus cõſtitutus quãtumcũqꝫ ſimplex bene-
fitium habet tenet ad horas duplici ratione. ¶ Primo ratione
precepti de cele. miſſ. Dolentes. De. cle. ꝑiu. Quod a te. ¶ Se-
cundo ratione iuſtitie. q2 idcirco a laycis date ſtꝫ redditus vt
ipſi in offitiũ eoꝝ vices ſuplcant. alias fatiunt ꝓximo iniuriã.
cui pro temporalibus nõ refundant ſpiritualia. cum tñ benefitiũ
datur ꝓpter offitiũ. vt patꝫ in ca. Quia per ambitionẽ de nup.
li. vi. Ratio hec eſt ſecundũ. Hoſti. Quod ſicut vir tenet vxori
neceſſaria miniſtrare. et ſi etiam vxor viro debitũ reddere non
poſſet. xxx. q. vi. q ꝓpoſuiſti. Sic et talis clericus ſponſam ſuam
ſpiritualem. i. eccleſiam. licet debitũ ſuſtentationis nõ percipiet.
tenet eam adhuc inoffitiare. Et dicat cũ apoſtolo paulo. Scio
ſaturari. eſurire et abũdare. et penuriã pati. omnia poſſum in eo.
qui me cõfortat. Et ad. Philip. iiij. Sed heu ſtꝫ multi clerici
qui nõ ex caritate orant pro alijs nec pro ſe. nec mouent ex pre-
cepto eccleſie. nec iuſtitia ad reddendũ ſpiritualia ꝓ temporalibꝰ
que percipiunt. Cum tamen dimittẽtes horas aut alia ad que
ex p̄cepto eccleſie tenent peccent mortaliter. eoqꝫ facta fatiunt
cõtra preceptũ eccleſie. iiij. di. Deniqꝫ. De maio. et obe. c. ij. Sũt
inſuꝑ nõnulli quibus videt ſufficere vt capellanos habeãt. Qui
coram eis dicãt horas. ⁊ miſſas celebrent. dum ipſi latam vitam
habeant et cõmeſſationibus vacent. Et qui vix quater in anno
celebrant miſſas. Et etiam intereſſe recuſant. Et ſi interſunt.
chori ſilentiũ fugientes. cõfabulationibus inſiſtũt in eccleſia. cũ
tñ hoc et ſimilia ſub pena ſuſpenſionis inhibeant. In. c. Dolen-
tes. In de. cele. miſſa. Cõtra quos etiam beatus. Gregorius. in.
Dmc. ſuꝑ euangelio. Deſignauit ihesus ſic inuehit. Quid nos
paſtores agimus qui et mercedẽ cõſequimur. Et tamen operarij
nequaqꝫ ſumus fructus quidẽ ſancte eccleſie in ſtipendio quotti-
diano ꝑcepimus. Sed pro eadem eccleſia minime p̄dicando la-
boramus. ¶ Penſemus inquit cuius dãnationis ſit. ſine labore
hic percipere mercedẽ laboris. ecce ex oblatione fideliũ viuimus
Sed qd pro animabus fideliũ laboremus ignoramus. illa in
noſtra ſtipẽdia ſumimus que ꝓ redimẽdis peccatis ſuis fideles
obtulerũt. Nec tñ contra peccata eadem. vel oratõis. vel p̄dica-
tionis ſtudio vt dignũ eſſet inſudamus. Hec ille. Sunt adhuc
aliqui apud ſe male cogitantes, reputantes ſe nimis nobiles ad

ſpiritualia exercenda. videlicȝ vt predicent plebi. et miniſtrent ois ſacramenta. et vt ceteris chorū viſitent. et diuinas laudes decãtant. atqȝ vt in ſuo ordine miniſtrēt. erubeſcūt criſto ſeruire et ſalutem hoꝝ quoꝝ peccata cōmedunt procurare. Nō attendentes hanc ſummā ingenuitatē eſſe criſti milirē nec eſſe excellentius miniſteriū ꝙ̄ diuina miniſtrare ſacramēta cunctoꝝ criminū expiatiua. Sed tu reputas te nobilem. qꝛ amas canes. homo vero religioſus nihil de canibus curat. Sȝ ſtudet amare deum ſuum. tu vero ſeruus peccati. Quia olim dicebant nobiles quaſi nō viles. nūc autem noſtris temporibus dicunt quaſi in vitijs notabiles. Boni vero dicunt milites et miniſtri eccleſie. et ꝯconſequēs angeli vocant. vt habet. Mala. ij. Quia angelus domini exercituū eſt. ymo dij vocant. Exo. xxij. Ubi dominus p̄cepit dicens. Dijs nō detrahes ideſt ſacerdotibus q̄ ꝓpter excellentiā ordinis. et officij dignitatem deoꝝ nomie nuncupant. Sed qꝛ hanc dignitatem nō aduertentes ſine erubeſcentia preciū ſanguinis ꝛ peccata populi cōmedunt. Quid iuſtius inde ſequet. niſi ꝙ chriſtus erubeſcat eos preſentari cum electis patri ſuo celeſti. Juxta illud. Qui me erubuerit et meos ſermones hūc filius hominis erubeſcet cū venerit in maieſtate ſua. Lu. ix. Si quis vult venire poſt me tollat crucē ſuam quottidie. nō ſemel in anno videlicȝ in ebdomoda palmaꝝ. et ſequat me. vt vbi ego ſum illic ſit et miniſter meus. Ecce criſtus nos p̄ceſſit. dando nobis exemplū. vt quemadmodū ipſe fecit. ita et nos faciamus. Portemus igit quottidie crucem noſtram ideſt ſanctam et virtuoſam vitā. ꝛ ſequamur criſtū ore. corde et ope Hoc fac mi frater ꝛ viues. ¶ Exemplū ponam tibi de optimo ſacerdote videlicet de beato Joanne damaſceno. cuius veſtigia debemus ſequi ſi volumus venire ad dn̄m noſtrū ihesum xp̄m. et ad eius glioſiſſimā matrem mariā. De quo ſcribitur in cronicis ꝙ btūs Johes damaſcenus fuit in curia Soldani regis babilonis famoſus phūs. ſtrennuus pedagogus et fidelis mgr filij regis. Sed poſtq̄ȝ fidem catholicā ꝯgnouiſſet: fidē acceperit: et factus eſt capellanus regis gretie. et oēm ſuaȝ philoſophiā ſacre theologie ſubiecit. et marie ad laudem virginis fuit accenſus: et eā corde ꝛ aīo multis dictaminibꝰ exaltabat pulchrū librū fecit de eius aſſumptiōe. Item trāſtulit librū qui

intitulaꝫ Barlaam ad ioſaphat de greco in latinū. Accidit aūt
poſt longum tpūs quo de Soldano ad regem grecorū venit
vt in palatio regis grecorū domini ſui quadā die ſparſim ipſi⁹
capellani littere inuenirent̃. ipſius etiā ſigillo ſigillate. quorꝫ te
nor talis erat. ꝙ ipe capellanus regem ſuū. et potētiores gretie
priori dn̄o ſoldano tradere vellet. ſi cū exercitu in breui in gre-
tiam ſe trāſferret. Cuꝫ aūt rex hmōi litteras legiſſet. obſtupuit
vehemēter. ⁊ vocato capellano ſuo has lrās coraꝫ oculis ſuis
oſtēdit: qui videns ꝯgruentiā ſcripture ꝑiter et ſigillū ſuū. et tn̄
ſciens innocentiā ſuā perterritus eſt dicēs. Deus qui nouit oīa
anteq̄ꝫ fiant ſcit qꝛ innocēs ſum huius rei. Tunc quidā de cir
cumſtātibus dixit. Quis em̄ fur ſeipm̄ condēnat. Tandem rex
habito ꝯſilio. crudeli morte voluit eum ꝑdere. ſed recordatus
ſuorū ſeruitiorū fideliū iuſſit ſibi manū dexteraꝫ amputari. ne
de cetero poſſet ſic cōtra eum ſcribere. Qui ſic mutilatus mox
cucurrit ad oratoriū coram ymagine beate marie ꝟginis. flexis
genubus. lugubri voce. et ꝓfuſis lacrimis dicebat. Ecce mater
xp̄i merces mea. ecce fideliū laborū meorū remūeratio miſeran
da. Tu dn̄a quondā eras dolentiū conſolatrix. Dum ꝟo hmōi
lamentatōes vſq̄ꝫ ad noctē: et vix pre dolore oculos clauderet
et quaſi in extaſi iaceret. beata ꝟgo maria ei apparuit dicēs ita
Amice cur leſionē tuā mihi pre alijs imputas. cū tn̄ manū tu
am non iuſſerim amputare. Cui ille. O dn̄a ſi tibi placuiſſent
mea carmina. vtiq̄ꝫ ne manū meā ꝑdidiſſem obſtitiſſes tam in
nocēti. Sed ſi dictauero amplius ſcripturꝫ velut hacten⁹ feci.
nō potero ꝯmēdare. Cui beata ꝟgo. Extende inq̄t brachium
tuū mutilatū. et tibi manū mortuā in offitiuꝫ priſtinū reꝑabo.
ne credas me tua dictamina cōtēpſiſſe. qui manu recepta miro
et ineſtimabili gaudio replebaꝫ. et ſue dulciſſime ſanatrici gra
tes vt decuit referebat. ip̄a quoq̄ꝫ virgo maria retulit ei qualiter
filius ſoldani regis babilonie cuius quondā fuerit pedagogus
ad vlciſcendū rigorē ſcolaſtice diſcipline quaꝫ ſibi indeſinenter
adhibuerit in iuuētute p̄dictas ſcripſiſſet lrās et occulte ſibi in
ꝑiculū ſui regis grecorū in pallatiū trāſmiſiſſet. Naꝫ idē perfi-
dus adoleſcēs formā ſigilli modūq̄ꝫ ſcripture mgr̄i ſui bn̄ nouit
Mane aūt facto felix ille capellan⁹ ad celebrandū miſſam ſue
p̄amande ſanatrici ſe multū hilariter et deuote put decuit pre

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

paravit. Fama igit diuulgata ꝙ capellanus manū ſuā quā per
diderat rehaberet. cōuenit vniuerſalitas. vt cū rege viderēt taȝ
inauditū et grande miraclm. Et finita miſſa rex cū ſuis ad pe
des capellani corruit: poſtulās veniā de cōmiſſis quā et impe-
trauit. ſibiqꝫ ſtatim capellanus rem ꝑut geſta erat retulit. Au
ditis ꝟo ſermonibus iſtis. oēs glorificauerūt virginē mariam.
que nō deſerit ſpantes in ſe. O mi frater ꝯſidera ꝟba ꝛ rem ge
ſtam. et ſcribe in cor tuū q̄ȝ glioſum et fructuoſum ē iugiter ſer
uire ſummo principi celeſtꝫ patrie dn̄o nr̄o ihū xp̄o. et eius be
atiſſime genitrici virgini marie in ſancta et caſta vita. ſicut iſte
damaſ. fecit. Naȝ q̄ȝtumcūqꝫ damnat ſibi inobediētes. ſic ecō-
tra in infinitū exaltat hic et in futuro ſeculo ſibi ſeruiētes. Sȝ
heu amatores hu⁹ ſeculi. ſicut tu es mi frater. nō attendūt iſta
ſed huic ſeculo oīno ſunt ꝯglutinati. q̄ȝuis pluries ammoueāt.
iam per ꝓſpera. iam ꝑ aduerſa. iam per ꝟba. iam ꝑ inſpiratōem
tn̄ nō curant et quaſi inſani et frenetici errāt. Sicut ait beat⁹
Hiero. Ludere et ꝯgaudere cū hoc ſeculo non eſt hoīs ſenſati
Sic fuit iſte damaſcenus. qui cor mōm non cum ſeculo habuit
iocundū et letū. ſed cū deo et eius matre maria. Nō eſt eni̅ ve
rior inſania q̄ȝ huius ſeculi letitia. Augu. Gaudiū mōanorum
eſt gaudiū freneticorū. Ratio quare multi intrāt in ꝑditionē ꝑ
latā et ſpatioſam viā hec eſt. ꝑut ſcribit Eccleſi. i. Peruerſi dif
ficile corrigunt et ſtultoꝝ infinitus eſt nūerus. qui heu potius
reſpitiūt pn̄tem vitā q̄ȝ terminū eius ſequentē. quibus loquit
Johes Criſo. dicēs. Nō aſpitias q̄ȝ aſpera ſit via. ſed attende
quo dirigit. nec cōſidera ꝙ arta ſed vbi deſinit. Ex quibus eli
citur vnū qđ valde timendū eſt. ſcȝ durante ſtatu moderni tp̄is
infinitis malis exigētibus que heu vbiqꝫ terrarū iam currunt
pauci erūt de nūero ſaluādoꝝ. qđ innuit ſaluator dicēs. Mul
ti ſunt vocati pauci ꝟo electi. Nō ꝙ ab initio mōi pauci ſaluēt
ſed ſm doctores quo ad multitudinē damnatorū pauci dicū-
tur. Nam inter bonos ꝛ malos hec eſt diſtātia. qꝛ mali volunt
facere feſtū ante vigiliā. volētes in hoc ſeculo gaudere tp̄aliter.
et in futuro ſeclo fatiūt vigiliā ꝓ feſto qđ hic habuerūt. ꝛ eter-
naliter flebūt. qđ bn̄ innuit btūs Grego. in ome. xi. ſup illo ver-
bo. Ibi erit fletus et ſtridor dentiū: ſic itaqꝫ inquiēs pn̄tia gau
dia ſecunt ꝑpetua lamēta. Hic fratres vanam letitiaȝ fugite ſi

illuc flere et lugere timeatis. Si vero dicis. Durus eſt hic ſermo. non poſſum mundũ ſpernere et ꝓpriam carnem odio hr̃e. Reſpondeo tibi. dic mihi mi frater vbi ſunt amatores mundi. qui ante tp̃a nobiſcum erant. nihil ex ipis remanſit niſi cinis et vermis. Comederũt. biberũt. riſerunt. et duxerunt in bonis dies ſuos. et in pũcto ad inferna deſcenderũt. Hic caro eorũ vermibus. illic anima eorũ eternis ignibus deputaẗ. Quicq̃d illis accidit tibi accidere poteſt. qꝛ homo es. homo de humo limus de fimo. de terra es de terra viuis et in terram ibis mi frater. Et hec de tertio capitulo.

De vitio luxurie et de alijs vitijs.

Capitulum quartum.

Empe ſacerdotes vitio luxurie laborãtes cõiter in numeris criminibus. et mortalibus peccatis implicãtur et inuoluunẗ. ſicut ex infra ſcriptis certiſſime cõprobabiẗ. Dato eñ vno incõuenienti plura ſubſecunẗ. ꝓpter quod ſacerdotes et clerici deberẽt eſſe cõtinentes et caſti. nec oĩno mulieribus cohabitãtes. ſm q᷑ eis precipiẗ extra de coha. cleri. et muli. c. A nobis. Heu ſed in oppoſitũ multi fatiũt ſacerdotes. qui quaſi totũ diem. et cum hoc ptem noctis non modicã cõſumũt in ludis taxillorũ. cum quo eodem die filiũ tractauerũt ꝟginis marie peccãtes continue mortaliter. quia p talem ludũ abſq; intermiſſiõe deſiderant bona ꝓximi cuꝫ eius damno. qḋ vtiq; eſt contra fraternã caritatẽ. et contra diuinũ mandatum Tales eñ ſacerdotes indigne corpus xp̃i ſumentes magis delinquũt q̃ꝫ hij qui eum crucifixerunt. quia iſti quantũ in eis eſt eum quottidie crucifigũt. De his aũt Auguſti. in pſona xp̃i O peccator tu ſacerdos noli me amplius affligere tuis peccatis. plus eñ ledit me vulnus peccati tui q̃ꝫ vulnus lateris mei. Quod ꝓbat beatus Ambro. ſic dicẽs. Qui indigne ſumunt corpus xp̃i. idem eſt. ac ſi eum interficerẽt. ymmo et tales meretricibus equipantur. Jere. iij. Frons meretricis facta eſt tibi. noluiſti erubeſcere. Nec mirũ ſi meretricibus luxurioſi ſacerdotes aſſimilenẗ. cum aplũs dicat. Qui adheret meretrici vnũ corpꝰ efficitur cum ea. i. chorinth. vi. Heu heu quotiens fit q᷑ tu ſacerdos ſtas corpore in altari tractans filium virginis manibus